

A Alimenta his hic e publico darentur. Præclarum institutum: quod unus Strabo optime describit l. 17. Τὸν δὲ βιβλιοθηκῶν μὲν ἔστι τὸ Μουσίου, ἔστι δὲ τῶν ἑτέρων, & οἱ κότες, οἱ δὲ τῶν ἐπισημοῦν ἄλλ' ἡμετέραν τὴν Μουσίου φιλοσοφίαν ἀδράσῃ. Ἐστὶ δὲ τῆς αὐτῆς ταύτης καὶ ἡμετέρας κοινῆ, καὶ ἑτέρας δὲ τῆς τῆς Μουσίου τεταγμένης, τῆς δὲ τῶν ἑτέρων βιβλιοθηκῶν, οὗσι δὲ τῶν Καίσαρων. Pars etiam Regiæ est Museum, quod ambulationi & festiua loca habet, & magnam unam domum, in qua convivunt, & comedunt unâ, qui Musici consortes sunt, literati viri. Habet autem hoc collegium, & pecuniam sive vectigalia in commune, & Sacerdotem item qui Museo præest, olim à Regibus, nunc à Cæsare constitutum. Primum, ait, Regiæ sive aulae partem fuisse. Scilicet adnecti sibi & jungi voluerunt Reges, ut in propinquo, & promptu essent eruditi, cum quibus differerent, cùm libitum, animo docendo, & pascendo. Habuit Porticus & Exedras: illas exercitio corporis magis; has animi, & ubi confidentes alterarentur, & conferrerent. Fit & domus, ubi communis iis victus, & mensa: quod sic etiam Philostratus expressit de Dionysio in vita, quem in Museum receptum scribit, additque: Τὸ δὲ μυσίον ἡμετέρας. Ἀρχὴ τῆς βιβλιοθηκῆς ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τῆς φιλοσοφίας. Museum autem est Ægyptia mensa, quæ convocat omnes in universa terra literatos. Verba penitenti cupio omnes ex omni terra: & vident numerum, nec rem tenuem, & parvi impendii fuisse? Quod & Tim, Syllographus indicat, etiam more & instituto suo carpens:

Πολλοὶ δὲ βιβλιοθηκῶν ἐν Ἀρχαῖοις πολυφύλων βιβλιοθηκῶν χαρακτήρας, ἀπειροτάτη ἀριθμῶν, Μουσίου ἐν τῶν ἑτέρων. Permultis pascuntur in Ægypto pupulosa Pugnantes libris, ac semper diligentes Musarum in caeca.

Nam explicante Athenæo, τὸ μυσίον τὰ ἀρχαῖα πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν ἑτέρων τῶν ἐν αὐτῇ προσηγορίᾳ φιλοσοφίας, ἐστὶ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς τῆς ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν ἀρχαῖον πολιτικῆς ἡμετέρας, Museum dixi Caveam, irridens Philosphos, qui in eo alebantur, velut pretioia quædam aves. Ille philosphos nominat, sed Strabo universè φιλοσοφίας ἀδράσῃ dixit literatos doctosque viros: & omne genus haud dubie receperunt. Sed viros ait: non ergo puetos, aut juvenes, & qui velut in spem studiorum (hodie solum) educarentur. Non quin istud velut præmium eruditus, & quies quedam honesta fuit, haud aliter quam Athenis bene de Rep. meritis victus erat in Prytæneo. Sed peregit Strabo, & Sacerdotem præstitit, Regum aut Cæsarium delectu. Magna igitur dignitas, & quæ ab ipso Cæsare conferenda. Sed quid, quod ipsa ibi loca idem Cæsar assignaret? Ita enim Philostratus de Dionysio. Σοφιστῆς: καὶ ἡμετέρας ἀρχαῖα αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἀρχαῖας ἐστὶν ἡμετέρας κατὰ τὸν ἀρχαῖον πολιτικῆς ἡμετέρας. Ἰσχυρῶς, τὸ τίς ἐστὶ τὸ μυσίον ἐπισημοῦν. Hadrianus Imp. Sarrapam sive Præfectum eum constituit non exiguarum gentium: & adscriptis inter eos, qui publice equo veterentur: itemque qui in Museo alerentur. Iterum, de Polemone: Κατὰ τὸν ἀρχαῖον πολιτικῆς ἡμετέρας τῶν ἀπὸ τῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν ἑτέρων. Allegit eum (Hadrianus) & Musei conventui, ad Ægyptiam mentiam. Sed notant ibi vocè κῆλο, circulo (est) Iustus Lipsius conventui reddidit.) qua significari arbitrantur, in orbem rem fuisse, & quosdam alicetos temperivè, & in antecessum, id est priusquam locus vacuus etiam esset. Sed spes infleat, & ordine succedebant, qui sic adscripti: ut hodie in beneficiorum collatione principes quidam usurpant. Athenæo denique lib. 5. hujus donationis à Principe etiam meminit: ubi ait, Pancretum quemdam poetam, ingeniose Hadrianum adularum de Antinoo flos: atque ille, inquit, ἡμετέρας τῆς ἀρχαῖας, τῶν δὲ μυσίον ἀπὸ τῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν ἑτέρων ἀπὸ τῶν ἑτέρων, delectatus invenit, uncula, cibum in Museo illi significatus est. Atque hæc Strabo alique super loco & instituto: licet addere, non vacum omnino ad otiosam ibi vitam vixisse (qui possent viri bono publico nati) sed aut scripsisse, aut differuisse, & recitare. Ita Spartianus tradit, Hadrianum Alexandriæ in Museo multas quaestiones Professoribus proposuisse, aut propositas dissolvit. Adde Suetonium in Claudio: qui & Museum hoc altero addito adauxit, ut certi libri ibi quotiens recitarentur. Hæc refer ea que de Carolo Borromæo supra dicta sunt, & Abrahamo Ortelio.

INSCRIPTIONES. Clemens VII. Pont. Florentiæ Bibliothecam Medicam auxit, & infinitis voluminibus locupletavit, cujus etiam & memoriam in ipso ingressu legitur in hunc modum. Deo & prædibus familia D. Clem. VII. Pont. M. libris opt. studio major, ex suo undique conquisitis, bibliothecam adorna-

mentum patriæ civiumque suorum utilitatem D.D. Eandem autem Cosm. Medicis Tücorum magnus Dux perficiendam curavit, Ann. Dom. M. D. L. XXI. s. Id. Julii. Lusit autem quidam hoc epigrammate de eodem opere, quod ibidem etiam conspicitur:

Cosmus in has edes melior volumina Kopus Transulit, & primas quas habet orbis opes. Sic gemis tandem ferili de nomine Cosmus Rem sibi mundo, calidibusque parem.

Adornavit etiam nobilem Bibliothecam Henticus Ranzovius, cujus ante meminimus quam illustri librorum supellectile instruxit, & de ea perpetuum hoc decretum vulgavit. Quæ infra scripta sunt, hunc in modum fancita sunt: inviolatèque observantur. Ranzovii, nec alius ququam, hanc possident. Hæretes eam non dividunt. Nemini libros, codices, picturas, ex ea auferendi, extrahendi, aliòque exportandi, nisi licentia possessoris, facultas esto. Si quis secus fecerit, libros, partemque abstulerit, extraxerit, elegerit, rapierit, conceperit, corruperit, dolo malò, illicitè maledictus, perpetuo execrabilis, semper detestabilis, esto, maneto.

Illustrem quoque, & locupletem Bibliothecam posteritati reliquit, ad urbis suæ splendorem, Dux quidam Urbanarum, ad cujus ingressum hi versus legitur: Sint tibi divitiæ, sint aurea vasa, talenta Plurima, servorum turbe, gemæque nitentes: Id totum hæc longè superat præclarè supellex. Sint aurati etiam niveo de marmore postes, Et variis placeant penetrata picta figuris: Sint quoque Trojani circumdata mœnia panis, Et miro flagrent viridaria culta decore, Extra intraque domus regali fulgida luxu: Res equidem mæta: sed Bibliotheca pacata Iusta loqui, factura nimis: vel iusta tacere, Est prodesse potens, & delectare legentem. Tempora & ipsa docet, venturaque plurima pandit, Explicat & cunctos cæli terræque labores.

BIBLIOTHECÆ DIRUTÆ. Bibliotheca vastatur, & dissipatur, vel consilio, vel casu Consilio, eoque malo, ab imperitis, & male feriatis hominibus, qui eodem sunt erga libros, doctorem liberos, animo, quo erga doctos ipsos: quos vel suspiciant quædam tanquam inutiles damnant, G vel invidia, tanquam suis obstruunt luminibus, oderunt. Casu vero perent in vastationibus, incendii, illuvionibus, tum publicis, tum privatis.

C. Caligula cogitavit de Homeri carminibus abolendis, & parvi abiit, quiri Virgili, & Titi Livii scripta, simul & imagines ex omnibus Bibliothecis amoverit: quorum alteri ut nullus ingenii minimèque doctriinæ, alterum ut verbosus in historta, negligentem, carpebat. Senecam etiam tum maxime placebant, atenam esse sine calce dicebat. De Jurisconsultis, quasi eorum scientia omnem usum aboliturus, sæpe factavit, effecturus (sæpe, ne quid præter æquū responderet possint. Suet. Germani, cum Athenas, Galieno imperante, cepissent, ingentem librorum acervum in loco cumalatum igne exurèdū. At quidam prohibuit. Dumitramus inquit, libros Græcis, quibus dū incubunt, imbelles fiunt. Avent. lib. 2. Annal. Bojorum A. D. Hildesheimenses Episcopi, ut ferè omnes Germaniæ Põntifices, aliquando armis quam libris congerendis, & versandis studiosiores, Bibliothecæ penitus neglexerunt, Joannes Dominicanus Theologus ordine XXXVII. Episcopus creatus, de Bibliotheca interrogans, cum aucti armarum ostendissent, H & libris quidem comparari, armis verò conservari Episcopatum atroganter protulissent dignitati renunciavit, & ad consuetam rediit studia. Non multo post tamen Augustinus designatus est Episcopus. Brunobius in Epist. Germaniæ.

Jovinianus Imp. factus, ubi ex Pætia Antiochiam venit, ab uxore sua incitatus, eadem elegantissimam in suburbio Daphne ab Adriano Imperatore ad consecrationem Trajani patris conditam, & à Juliano Bibliothecam designatam, cū omnibus libris cremavit. ipsi concubinis cum rili pyrâ incensibus Antiocheni famulos libellos partum humi abjiciebant, ut quis tolleret, ac legeret partim parietibus affigebant. Suidas.

Hæc refer nonnulla ex his que paulò ante de Alexandrina Bibliotheca dicta sunt. Vide Tit. Inscr. priv. omn. ubi etiam pleræque Bibliothecarum Inscriptiones. Item Titulum de Libris, eorumque delectio.

IN BIBLIOTHECA SEPULTI. Ferratiæ in cenobio Dominicanorum, supra ostium Bibliothecæ, talis legitur inscriptio, index tumuli Cæli Calcaugui, qui ibidem voluit sepeliri.

A Cùm Cælius Calcagnius nihil magis optaverit, quam de omnibus pro fortuna capto bene mereri: decedens Bibliothecam, in qua multo maximam ætatis partem egit, in suorum civium gratiam publicavit, & in ea se condi mandavit.

* Bilis. Vt est humor quidam humani corporis. EJUS QUALITAS, DIVISIO, & C. Duplicem Bilem in humanis corporibus Medici agnoscunt, quarum hanc Attram, illam Flavam appellant quarum utraque non frustra, vel sine magna utilitate, à natura corporibus nostris indita: adversatur enim flava bilis phlegmati, & atra, quam melancholicam dicimus, sanguineo humor; & faciunt, ne hic aut illa nimium prædominentur, & ultra modum corpus afficiant.

Deinde utraque bilis sanguine immixta exigua quantitate, nutrit, imò nonnunquam in sanguinem mutatur. Melancholica autem quæ acerbè est saporis, cum è liene in os ventriculi insiuit, quod non rarè facit, famem provocat haud facili flava quandoque bilis: quandoque febiles è vesicula, qua continetur, per venulam quandam subiens, è ventriculo quasi supponit, ipsumque calefaciens concoctionem adjuvat. Et dilabens ad intestina sua mordacitate, celeriorum ejectionem exercitamentum provocat.

Sed mores facit utraque bilis. Flava enim animosorem reddit, & ad pericula intrepidum; unde movere bilem dicimur, dum aliquem ad iram provocamus: at nigra sive atra maturitatem adducit, & ad tardè judicium ferendum inclinat. Unde illud temperamentum ad acumen ingenii mentifque perpicacitatem accommodatius esse, sentiunt Philosophi, qui ex bilis & melancholice permissione constat, ut docet Aristoteles, & post eum plures, lib. 2. de gener. & corrupt. cap. 8.

Scripturæ de bilis utriusque utilitate, & natura, Gal. lib. 1. de anim. facien. cap. 1. M. Avers. lib. 3. de anima tract. 2. cap. 3. Vesalini lib. 5. c. 8. Averroës lib. 4. de part. anim. cap. 2.

C Bitumen. QUID, ET UBI? Sphælitic lacus in media Idumææ satrapia, in longitudinem patens stadia maximè quingenta, in latitudinem circiter sexaginta, aquam habet amarâ, & supra modum fixidam, ita ut neque piscem alere possit, neque aliud animal aquaticum. Camque in eum magna flumina dulcedine præstantia insunt, & ferore vitæ. Ex ejus medio exhalat quorundam bituminis solidi mols, quandoque major tribus jugeris, interdum non multo minor jugero. Quam ob causam incolæ Barbati majorem vulgò vocant taurum, minore vitulum: quæ more natæ bitumen procul in aqua, sit, ut procul spectantibus speciem præbeat insulæ. Fit autem manifesta bituminis excretio ante viginti dies. Nam circum lacum in multa stadia fertur odor bituminis tertii venti, ac quidquid circa eum locum argenti, & auri, & æris est, amittit naturam coloris. Verum ea in pristinum statum redit, postquam omne bitumen efflatum est. Vicinas autem locos eum sit ardens, & putidus, facit corpora finitiorum valerudinaria, & omnio vitæ brevis. Excretum autem bitumen, qui ex utraque parte lacum accolunt, diripiunt, hostili inter se animo, scitè navigiis id privatim diripiunt: consunt enim arundinum prægrandes rates, quas in lacum conjiciunt, atque in his sedent non plures tribus, quorum duo alligatos habentes remos, remigant: unus arcus ferens, si qui advigant ex ulteriore ripa, aut viam tentare audent, propulsat. Ubi propè bitumen ventum est, insiliunt cum securibus quas habent, ac tanquam de molli pte secantes, ratem replent. Deinde retrò navigant. Diod. 19. Aphalites Palæstinae lacus nihil præter bitumen gignit, aude & nomen. Nullum corpus animalium recipit: tauri camelique fluitant. Inde fama nihil in eo mergi. Longitudine excedit CM. passuum. Plin. l. 5. c. 16. & Strab. l. 16.

In Zacyntho insula sunt complures lacus, quorum qui maximus, septuaginta quoque versus pedum est, altitudinis duum passuum: in hunc virgines contum, cujus in summitate myrtus alligata est, demittunt: deinde referunt myrtopitem, odorem quidem asphalti habentem, sed cætera præstantior pice Pieria; camque in scroben, quem juxta lacum foderunt, effundunt, & ubi multum illius aggescerunt, ita è

L. B. T. be ar. vitæ Hamat, Tom. 1.

scrobe in amphoras transfundunt. Quicquid autem in lacu eum decidit, id sub terram means redditur in mari, quod à lacu quatuor stadiis abest. Herod. lib. 3.

In ipsis Apolloniatarum Illyriorum finibus celebris locus extat, quem Nymphæum vocitant: ibi petra est ignem vomens, cui fontes subsunt, qui aqua tepida bituminemque scaent, dum ipsa bituminis petra (ut par est) aruit. Propè vè in tumulo ejus metalli effusilis locus est, quod excivum teporis spatio denuò repletur: cumque tellus intra fossas aggesta sit, in bitumen transformatur, Possidion teste. Idem memoriz prodidit, terram vineis consistam, bitumine refertam, quæ in Seleucia Pieria jacet, vineis esse remedio. Nam si cum oleo jungatur, bestiolas ad germina è radice ascendentes necari. Strabo lib. 7.

Abdiabene, regio media inter fluvios Tigridem, & Euphratem: vocatur & Mesene, quasi Interamiam dicas, vel, regio sita ante Mesopotamiam, versus Orientem, ultra Trigidem. In ea bitumen est, quod naphtha dicitur. Est autem Abdiabene sortita nomen è difficili transitu, propter fluviorum frequentiam. Illic sita est etiam Ninive. Bitumen paritè ædificia ita firmat, ut coætilibus lateribus, & minutis lapillis immixtum, ferro quovis robustiora fiant. Illic etiam sunt Averni fauces, è quibus ditus halitus exspirat, qui quovis terreste animal quamvis altitem petram, si ollecerit duntaxat ex propinquo. Qui si spargeretur, habitari locus ille non posset. Verum recta linea ascendit, & cum paululum emergerit, rursus infringitur. Unde volucres altius volantes evadunt, & animalia quæ in circuitu pascuntur. Suidas.

* U S U S. Quis bituminis sit usus, constat ex dictis, nempe quod firmandis ædificiis adhibeatur, navibusque illincindis, ne aquis peruis sine, feriat. Unde & arcum illud Noeticam jusse Deus illini intus & foris bitumineque multo aptius quam pice, nempe ad trabes, & tabulata congruenda, & consolidanda, atque ad fretorem, ex animalium fætere provenientem, dispellendum. Est enim bitumen fati odorum.

Sed & virtus illius in colligendis, & congelandis vulneribus ac nervis probatur. Præbuit autem calcis utrum Semiramidi Regiæ bitumen, dum Babyloniorum murus testaceo latere compingeret, & bitumine agglutinaret. Quin bitumen, quod in lacu Aphalide Judææ, & mare mortuum in S. literis dicitur, reperitur, singularis fuit virtutis. Tantæ enim tenacitatis fuisse perhibetur, ut quæcumque eo oblecta essent, non alta res, quam superfluo muliebri sanguine mentruo, dissolvi possent. Refert Perer. lib. 10. in Genes.

Blanditia, Comitas est in sermone propriè: at transferatur etiam ad mores, & alia obsequia, ac nonnunquam in deteriorem partem sumitur, pro adulatione, v.g. & illecebris illicitis. Græci γένεσιον, atque γένεσιον vocant. HIC AUTEM PRIMUM CONSIDERATUR. Quo ad MORES. In CONVERSATIONE NIMIUM BLANDI. Antiochus Epiphanes primò, postea Epimanes, hoc est, Inanus dictus, Syriæ rex, tanquam aulam fugeret, ubicumque locorum in civitate servos conserqueretur, secundus vel tertius inter eos conspiciebatur, atque in argenti aurive officinis sæpius de arte differens, unâ cum notatoribus, alique artificibus deprehendebatur. Postea venabatur cum plebeis nullo habito delectu, atque cum vilissimis peregrinis bibere H confuebat, & unâ sati. Cùm juvenes aliquos simul convivens audiret, accedebat cum siccili, & symphonia, lascivientis, ita ut multi, ob non speratum illius adventum, quod alligatos habentes remos, remigant: unus arcus ferens, si qui advigant ex ulteriore ripa, aut viam tentare audent, propulsat. Ubi propè bitumen ventum est, insiliunt cum securibus quas habent, ac tanquam de molli pte secantes, ratem replent. Deinde retrò navigant. Diod. 19. Aphalites Palæstinae lacus nihil præter bitumen gignit, aude & nomen. Nullum corpus animalium recipit: tauri camelique fluitant. Inde fama nihil in eo mergi. Longitudine excedit CM. passuum. Plin. l. 5. c. 16. & Strab. l. 16.

Cum in Imperatorio trichino nulli liceat stare, præter uxorem, liberos, fratres, & patruos fortasse Imperatoris; Andronico tamen Juniore Imp. ibi stant & differente, non modò omnis nobilitatis adolescentia illi astabat, sed & plebeiorum ministrorum quilibet. Unde sæpe turba hominū ita premebatur & urgebatur, ut ipse delecteretur, ac loco cederet: alijque superiore statione concessa, paulatim ad inferius pavementum de se detret, nemini omnium succedens. Greg. lib. 11.

Cam in Imperatorio trichino nulli liceat stare, præter uxorem, liberos, fratres, & patruos fortasse Imperatoris; Andronico tamen Juniore Imp. ibi stant & differente, non modò omnis nobilitatis adolescentia illi astabat, sed & plebeiorum ministrorum quilibet. Unde sæpe turba hominū ita premebatur & urgebatur, ut ipse delecteretur, ac loco cederet: alijque superiore statione concessa, paulatim ad inferius pavementum de se detret, nemini omnium succedens. Greg. lib. 11.

Cam in Imperatorio trichino nulli liceat stare, præter uxorem, liberos, fratres, & patruos fortasse Imperatoris; Andronico tamen Juniore Imp. ibi stant & differente, non modò omnis nobilitatis adolescentia illi astabat, sed & plebeiorum ministrorum quilibet. Unde sæpe turba hominū ita premebatur & urgebatur, ut ipse delecteretur, ac loco cederet: alijque superiore statione concessa, paulatim ad inferius pavementum de se detret, nemini omnium succedens. Greg. lib. 11.

A quas irati Pyrho conserti imperii paraverat, inter vinum effuserat. Quae cum ad Pyrrhum delata essent, invitatum ad cenam Neopoleum in sacrificio interemit. Plut. in Pyrho.

C. Maecenas Augusti intimus amicus, uxorem habuit, vel certe puellam adamatam, Terentiam, vel Terentillam nomine, sororem Muranae, & ejus, qui in Augustum conjuraverat. Detecto autem facinore, Maecenas Terentiae fratri conjurationem indicavit. Quam loquacitatem Augustus aegre tulisse dicitur. Suet. in Augusto.

Quo minus urbs Rom. in libertatem excusso Nerone affectetur, unius hominis obstitit loquacitas. Una supererat nox, post quam tollendus erat tyrannus instructis omnibus. Qui eum trucidaturus erat, profectus ad theatrum, vidit quemdam pro foribus, ad bestias damnatum, qui erat Neroni producendus. Ad hunc fortem suam lamentantem propius accedens, atque in aurem susurrans: Heus tu, inquit, fac vortum, ut diem hodiernum modo praeteras: cras agetur mihi gratias. Id obscure jactum excipiens ille, indicavit Neroni vocem istius hominis. Qui statim fuit correptus. Plut. de Garrulitate.

MUNERIBUS.

De his quoque sub Blanditia modo, inter ea, quae grata sunt.

LOCI, ATQUE TEMPORIS.

IN BALNEO.

Antioch. Epiphane lavabatur in balneis popularibus, ac quando maxime balnea vitis popularibus essent plena, pretiosissimis ficialibus unguentorum plenis sibi allatis. Hic ad dicentem quemdam: Beati estis vos, Reges, qui his unguentis utimini, & suavisime oletis; nihil quidem respondit: sed ubi ille postea lavabatur, ingressus, maximum feticle pretiosissimo unguento plenum, quod Staete nominatur, in caput ei profundi jussit, ita ut omnes surgentes in unguento convoluti lavarentur, cadentesque ob illius tenacitatem rictum exirent, sicut & ipse Rex. Ath. lib. 5, cap. 4. Eandem historiam ex Polybio, vide Supr. tit. Grata facere, §. Munera dando, largiendo.

IN CONVIVIO.

Olim Abydenis mos fuit, ut infantes vagientes cum nutricibus in convivia luviandi gratia introducerent, ac circumferrent. Hinc proverbium Abydena irruptio, de convivio tumultuoso. Erasmus ex Zenodoro.

Alex. Macedo, quod inter bibendum multa loqueretur, multi tanquam vinolentum ipsum accusarunt. Plut. in ejus vita.

Michael Theophilus Imp. F. moderatorem, & comitatem praeferebat, cum aliquando in mulierem incidisset, quae in balneis domum redibat, de equo descendit, eamque cum paucis adolecentibus arcanorum suorum conficiis domi comitatus est, & cum ea cenatus, pedes in regiam rediit. Zonar. Blanditiae fructus.

DIGNUS.

Quae assueti vitii, ut virtutibus, est laus, ut non offendaris, sed accipias eam libens, & quae verecundiam abstergit peccatis, haec obtrivit Siculos, dum Dionysii Phalaridis crudelitatem odium improborum nuncupavit: Haec perdidit Aegyptum, quae Ptolomei molliam, & infaniam, ululatus, musicorum instrumentorum, & tympanorum tractationes, religionem & deorum cultum nominavit. Haec res Romanas penae everit, & perdidit, cum M. Antonii luxum, & libidines & insolentiam, resletas, atque humanas indulgentias ei potentiae, & fortunae blando nomine, Romani praedicarent. Plut. de digno. adul.

Appius Claudius censor, quibus potuit lenocinis populum Rom. in Senatus odium delinivit. Sed ad extremum de gradu deturbatus, invidiam senatus metuens, cecitatem simulavit, domique se contulit. Diod. lib. 20.

Frolmus Gothorum Rex, milites suos, non solum commilitones, sed combibones effecit: a quibus tandem in dolium cerevisiae praecipitatus per ludibrium, interit. Joan. Magnus lib. 7, cap. 17.

INDIGNUS.

Huc refer. tit. Adulatoribus dat premia. Illic dantis prodigi, hic accipientis immerentis habetur ratio. Hercules Alexandri ex Barfine filium, recepit Cassandro Polyperchon centum mercede talentorum se interfecurum, in vitavique ad cenam. Eam cenam cum haberet suspectam, & timeret adolefcens, sed in specie valetudinem caufaretur adit eum Polyperchon, atque: Primum, inquit, in fiste, fili, paternae popularitatis, & in amicos propentiois

vestigiis, nisi fanè infidias à nobis times. Ibi robore suffusus E adolefcens, est eum fecutus, & ibique à convivis strangulatus. Plut. de immodica verecundia.

Blasphemia.

* DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Blasphemia vox est Graeca, & significat apud Theologos, convicium, five contumeliam in injuriam Creatoris, quando quis ei negat, quod illi competit: vel attribuit, quod illi non competit, secundum B.T. hom. 2.2. q. 13. art. 4. Cujus gravitatem expendens S. Aug. ait: Non minus peccare eos, qui Christum in caelis regnantem blasphemant, quam qui cum in terris ambularent crucifixi erant Super illud Matth. Blasphemavit. Communitur aliàs pro omni maledicticia usurpatur, & lesione famae alterius.

EJUS ENORMITAS, & EX S. SCRIPTURA.

Filius mulieris Israelitidis, praepere Domini lapidatus fuit in deserto, pro eo, quod nomen Domini blasphemavit. Lev. 24.

Dixit Heli filius suis: Si peccaverit vir in virum, placati potest ei Dominus: si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? 1. Reg. 2.

Nathan Propheta multum exaggeravit peccatum David, ex eo, quod blasphemare fecerat inimicos nomen Domini, 2. Reg. 12.

Vir Dei dixit ad Regem Israel: Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus eorum, & non est Deus vallium; dabo omnè multitudinem grandem hæc in manu tua. 3. Reg. 20.

Videtur, quod majus peccatum nequivit excogitare nequissima Jezabel, ad id quod lapidandum Naboth, quam blasphemiam quam illi fecit imponi. 3. Reg. 21.

Multum displicuerunt Deo blasphemiae, quas dixerunt servi Sennacherib Regis Assyriorum; unde percussit Angelus Domini centum octoginta quinque milia hominum de exercitu ejus. 4. Reg. 19.

Non expedit simplices homines contra blasphemias infidelium disputare: propter hoc prohibuit Ezechias, ne populus imperitius, blasphemiae Raphaelis Assyri responderet. 4. Reg. 18.

Holofernes indignatus, eò quod Achior potentiam Dei caeli commendaverat, dixit ad eum: Quoniam propheta fuit, quod gens Israel defendatur à Deo suo, ostendam tibi, quod non est Deus, nisi Nabuchodonosor, quem percussimus nos omnes, quasi hominem unum. Iudith. Verum post eam per unius feminae manum ejus caput amputatur. Iud. 13.

Cum argueret Jeremias populum pro eo, quod sacrificabant omnes diis alienis, responderunt: Sermonem Domini non audiemus, sed sacrificabimus reginae caeli, sicut fecimus nos, & patres nostri, & bene nobis fuit: quia malum non vidimus. Sed gladio, & fame consumpti sunt. Jerem. 44.

Nabuchodon. Rex Babylonis, dixit sociis Daniel, qui statum aurea noluerit adorare: Quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Sed postea viso miraculo, benedixit. Dan. 3.

Quidam iniqui ex Israel in diebus Antiochi insuerunt, dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum gentibus: quia ex quo recessimus ab eis, invenierunt nos multa mala. Sed postea pejora fecuta sunt. 1. Mach. 11.

Blasphemus, & superbus Antiochus insanabili, & invisibili plaga percussus est. 2. Mach. 4.

Obsidens Judea Machabeo quoddam praesidium, quidam H Gentiles intus existentes, verba blasphemiae nefando ore jactabant: tamen cito postea concremata fuerunt. Iud. 6. 10.

Dicentibus Judaeis Nicanori, Est Dominus potens in caelo, qui jussit agi septimam diem solemnem: ille intellexit ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotium Regis impleri. Sed ruit cum armis suis. Iud. 6. 15.

Cum ejecisset daemogium Dominus caecum, & mutum, stupentibus turbis, Pharisaei blasphemabant, dicentes: Hic non eiecit daemones, nisi in Beelzebub principe daemionum, &c. Matth.

Pendente Domino in Cruce, praetercentes blasphemabant eum, moventes capita sua. Iud. 6. 18.

Contradicebant Judaei his, quae à Paulo dicebantur, blasphemantes ac contradicentes. Act. 13. & 18.

EXEMPLA HISTORICA EORUM, QUI Blasphemant, Detrahunt, Obtruncant, Contemunt, Irrident Deum Verum, Tum In genere.

Julianus Apostata, in ipso Persici belli medio ardore, septem

A septem libros contra Christum emovisse proditur: cum & antea contra Christianos, libris editis, pugnaire cõsueverat. Eutrop. Idem suscepto adversus Persas bello, cum in ipso praelio ab incognito inter costas lethale vulnus accepisset: sanguinem suum manu in caelum jaculans, in hæc verba prorupit: Vicisti Galliae (ita enim Christum appellare consueverat), Sazomenus, Ruffinus, Eutropius.

Epidius, Juliani Imp. domus praefectus, blasphemus in Christum, affectata tyrannidis suspitione bonis exutus, & carceri inclusus perit. Niceph. lib. 10. cap. 29.

Olympius Episc. Arian. Carthagine in Elyanensium balneo lavans, cum Trinitatem publicè blasphemaret, tribus ictus jaculis tanquam fulminibus, consumptus est, Anno Christi DX. Paul. Diacon. 1. 11. in Anast. Sab. En. 8. 1. 2. Marul. 1. 2. cap. 11. Matth. Palmer. in Chronico Siebert.

Talmudistae, tam fultè, quam imprudenter affirmant, adeo delectari Deum Talmudico Talamento, ut quolibet die primis tribus horis in Talmud studeat, inde sumens suarum actionum, ceteri autem terrae etiam gubernationis exordium. Quæstiones etiam intricatas, ac in caelo nec sibi, nec Angelis explicabiles, Talmudistis explicandas se deferre, seu animam horum celeriter corpore exuta, ac in caelum translata, seu etiam (si tantum oculi ab aliis, quae peragenda sunt) quotidie ex ipso codice Talmudico, quafito loco, unde quaestio solutio obicitur, ac difficilis petitur, nexum ac nodum ejus rei, quae torrens se, & Angelos, ac totum chorum caelestem, solvere, quemadmodum scribitur in lib. Habethzara. Michael Neander in Erotematis lingua auct.

Eorundem contra Christum horrenda blasphemiae cap. Sabath & Nictaphon proponunt, itidem contra Virginem matrem & Apollotus, nullo incendio, nullo suspensio, diluvio nullo eluenda, sed infernali gehenna punienda: in aeternum. Idem.

Damiata Aegypti expugnata, D. Lud. Francorum rex, ego exercitum à Melexala Sultano circumventus, turpissimam pacem admittere coactus fuit si fidei falleret, ea verba addebantur, quae etiam rerum scriptoribus referre, effatig; nefas sit. A veritas est carne illud impium Franciscum tantum in eo scelus esset, ut vel mente concipi, vel ex dentium vallo eripere formulam illam jurjurandi scelus sit. Praefens merces pietatis persoluta est regi Faci, penas de perditissimo Sultano religio ipsa exegit. Sultanus victorem in Francos Julia praescribitem, nobilissimum, nobilissimum patre, avoq; feroi emittit furore repentino capti, spēcantes, silentiumq; agente nobilitate, occiderunt: & incruentis dextris, eadem verecordia mentes, madentibusque recenti cede, eo animo, consilioq; ut eum vel occidant, vel in qua ipsi nefarie formulæ verba conceperit, jurejurando adigant. Conspectus sancti regis, quamvis decumbentis, majestas aris, dignitas vultus, rabiem hominum cohibuit. Releat sua sponte furor, vanaque. Emil. lib. 7.

Simon Thuryvius Anglus, Parisiensis scholæ praefectus, dialecticus, & in artibus liberalibus peritus, cum senex in Moysen & Christum plurimas evomeret blasphemias, repente obmutuit, & cum horrendo mugitu penas blasphemiarum morte fuit. Polyd. lib. 5. Anno MCC1.

Maximè impietatis, blasphemiaeque exemplum est, quod subiungitur. Ant. Ureus Codrus Grammaticus, cum constagrasset Bononiae hospitium ejus, ad primum incendii nunciatum tantam animo imbibit iram, ut exclamans, veluti furore quodam concitus, ad regiam usq; praecipiti gradu ire pergeret pro foribusq; cubituli affans, Quodnam ego, inquit, tantum scelus concepi, Christe, quem ego tuorum unquam læsi, ut ita inexpressibili in me odio debaccheris? Conversus postmodum ad simulachrum Virginis: Audi, Virgo, ait, ea, quae tibi mentis compos, & ex animo dicam. Si forte, cum ad ultimum vitae finem perveniret, supplex ad te accedam open oratum, ne me audias, neve inter tuos accipias, oro: cum infernis diis in aeternum agere decrevi. Barthol. Bononiensis in ejus vita.

In specie, v.g.

Negando, Irridendo potentiam. Cum in convivio quodam Bononiae mira arte Gallus affatus disiectus fuisset, unus convivarum dixit, D. Petro hunc Gallum in integrum restituere impossibile esse: alius verò, Nec ipse Christus id prestare possit. Ad hæc voces statim Gallus ille profusiit, & alis collisus jusculum in decumbentem ora effudit. Blasphemilepra statim hereditaria puniti sunt. Vincen. lib. 25. cap. 64.

Pio II. sedente Romæ in arce Adriani, Urbinas quidam adolefcens cum arcem prodere conaretur, effectus deprehenfus, votum Christo vovit, eise crediturum, relicturumque Solis cultum, si libertatem, atque impunitatem assequeretur. Sed raptus ad supplicium, stultum se fuisse asseruit, qui ab eo salutem perasset, qui seipsum salvare non potuisset. Itaque sui sceleris penas dedit, laqueo suspensus, & in Tybetim projectus. Aeneas Sylvius cap. 12. Asia.

Conferendao illi homines.

Plin. Secunda. lib. 2. Natur. histor. cap. 7. tam impie sentiens de Diis, quam paulò post de animarum immortalitate, deque corporum resurrectione despiciens, cum & multitudinem deorum irrisisset, & unilli summo, quem aut mundum hunc, aut naturam nescio quam esse putat, profusus ademisset curam mortalium: Deus est, inquit, mortali juvare mortalem: Et hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani, hac nunc caelesti passu cum libris fulvis vadit maximus omnis ævi rector Velpasianus Augustus, fessis rebus subveniens. Hic est vultusissimum referendone merentibus gratiam mos, ut tales nummibus adscribant. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, & quae supra siderum retuli, ex hominum nara sunt meritis.

Edixerat Henric. Leo Saxonie dux provinciam in Ertenberg conventum Vandalis, & verba fecerat ad regulos super Christianismo suscipiendo. Ad quem Nicotus regulus Obotritorum ait: Sir Deus (quem nos quoque in caelis regnare credimus) Deus tuus: tu vero esto Deus nostræ, & suscipit nobis. Cole tu illum, què voles, religiofissimè: nos te venerabimur. At ridens corripuit eum Dux de verbo stultitiae pleno. Est hoc videatur etiam Nicotus verbo, immanitatem tributorum relaxandam esse; nam is relaxatis, facili religioi cervicis submissuros Vandalos. Albert. Crantz. lib. 14. Vand. c. 24. & 25.

Præferendo alios. Vide exempla Sacra.

Anian Aurelian. Episc. Hunnis Aurelios obfidentibus, unà cū suis Clericis de muro ipso Litanias decantabat. Sacerdos autem unus ex captivis, quem ne captivitas quidem jugum à procacitate oris coercere poterat, cum forte in aie iuribus proxima versaretur, vocem intendens, ut ab omnibus audiri posset: Cassa, inquit, spe ducens, à Aniane, si verbis abigi posse adversarios credis: eadem precatioes validioribus etiam viribus nihil profuerunt. His dictis corruit exanimis, nec ultra quicquam est prolocutus. Post hæc Barbaris oppidum invadentibus, tanta vis aquae de caelo cecidit, ut coacti sint, dimissa oppugnatione in campis se recipere. Mox superveniens Aetius Rom. dux, in castra Catalanicis Atilam memorabili praelio fuit. Greg. Tur. lib. 2. cap. 7.

Mendacii arguendo. Julianus Apostata, Judeos Christianorum hostes pertinacissimos amplexus, ad templum Hierosolymitanum rursus edificandum hortari cepit, ut mendacii Christum opt. max. argueret, qui lapidem supra lapidem non mansurum asseruisset. Niceph. lib. 10. cap. 32. & 33.

DIVOS. Tempore Mauricii Imp. Graeci quidam in domo cunctis prandentes, eò prolapsi sunt, ut in Virginem Deiparam convitia, atque execrationes jacerent. Horum reliqui illic à malis correpti spiritibus penas dederunt: Dominus autem domus istius per insonnium vidit sibi aditare Deiparam: quae alloqui ipsam non dignata, pedes ejus virgula veluti notis impressis circumscriptis. Ille autem pro dolore statim evigilans, pedes suos incisos invenit. Gestatus in publicum, ibique expositus, justum Dei iudicium, & inculpatae Virginis Deiparae contra se indignationem professus est. Cedreus.

Constantinus Copronym. Imp. imaginum oppugnator, res etiam ipsas oppugnavit. In manus sumpto faculo auri pleno, & omnibus monstrato, rogavit: Quanti esset? Qui cõdixissent, Magni; rursus effuso auro quævisit, Quanti esset? Quanti esset? cum respondissent, Nullus esse pretii: Sic, inquit, Maria (negemini Deiparam miser illam vocari voluit) dum Christum in se haberet, honorata fuit: postquam autem eum peperit, nihil ab aliis differ multatibus. Suda.

Cum Ganguiho funus fieret, & multi ex contactu fereti sanarentur, ancillaeque ad uxorem ejus impiam id retulisset, respondit illa: Maritus ita miracula facit, sicut post meus cantat. Factum est autem, ut quoties illa deinceps per totam suam vitam verbum ore ederet, toties etiam crepitum ex ano cum fectore emitteret. Martinus in Chronico, feria sexta id maximè fieri solitum, ait, in qua maritus ejus